

anno domini M°. CC°. LXXII°. in die Agnetis, praesentibus nobili viro comite Gunthero de Lindowe, Bernhardo de Wardenberc, Heinrico de Bardeleue, Johanne de Wstrowe, Heinrico de Frisac, Johanne de Pollest, Theoderico de Wisterbusch, militibus nostris, item domino Bernhardo decano Misnensi et domino Bernhardo de Kamenz fratre suo, Gunthero de Biberstein et Heinrico de Waldowe, Berwico quondam advocato in Budessin, domino Ekehardo de Milebuz, Reinhardo de Temeriz, Friderico de Metcenrode, Zachmanno de Kazowe, Vlrico de Landeskrona, Luthardo de Scriuerstorf, Heinrico iuniore de Zcerin, Zcaslao de Pentz, Alberto de Porsiet, domino Theoderico scholastico Misnensi et domino Johanne notario nostro canonico Misnensi et aliis quam pluribus tam clericis et laycis fide dignis. In cuius rei testimonium praesentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Nos Cunradus praepositus, Bernhardus decanus totumque Misnense capitulum praedictam compositionis diffinitionem a venerabili patre ac domino nostro Withigone Misnensi episcopo factam et superius recitatam gratam et ratam habemus et eandem sigilli nostri munimine communimus.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den ziemlich wohl erhaltenen Siegeln des Bischofs und des Capitels an Pergamentstreifen.

Riedel cod. dipl. Brand. I. Bd. 6. S. 12. — Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 78.

No. 216. 1272. 21. Jan.

Markgraf Johann von Brandenburg erklärt, dass die Streitigkeiten mit dem Bischof und dem Capitel wegen gewisser Jurisdictionen- und Zehentrechte im Lande Budessin beigelegt seien.

Nos Johannes dei gratia Brandenburgensis marchio tenore praesentium protestamur, quod super discordia, quae orta fuerat inter venerabilem dominum W. Misnensem¹⁾ episcopum et capitulum suum ex una, et nos et fratres nostros Ottonem et Conradum ex parte altera, iudiciorum, quae advocati nostri in terra Budesinensi²⁾ in possessionibus et proprietate ecclesiae Misnensis exercuerant, quorum etiam occasione divina in praedicta terra iam dudum suspensa fuerant, ad quae concordanda in Budesin³⁾ una cum praedicto episcopo convenimus in hac forma, quod quatuor personis fide dignis, videlicet domino Ekhardo de Milbuz⁴⁾, domino Sifrido de Bischopeswerde⁵⁾ militibus ex parte domini episcopi et capituli sui, Petro de Kazowe et Gotfrido de Guteke⁶⁾ militibus ex parte nostra commisimus ad hoc deputatis, ut a senioribus et melioribus terrae inquisita plenius veritate dicerent et diffinirent, an super bonis et proprietate ecclesiae Misnensis aliquid iuris vel iudicii haberemus. Qui quatuor, fide data et praestito corporali iuramento, investigato negotio coram nobis et praedicto episcopo, multis astantibus nobilibus et fide dignis fuerunt publice protestati, quod nos et fratres nostri in tota terra Budesinensi²⁾ et terminis illis, quos rex Bohemiae progenitoribus nostris dederit⁷⁾, in bonis et proprietate episcopi et ecclesiae Misnensis tam in pheidatis quam liberis nihil iuris et iudicii haberemus, sex villis dumtaxat exceptis, pertinentibus ad ecclesiae Misnensis proprietatem, quarum

1) Misnensem B. 2) Budesinensi B. 3) Budessin B. 4) Milebuz B. 5) Bischopeswerde B. 6) Godefrido de Guteke B. 7) dedit B.